



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De clerico Susatiensi, qui confessus est sacerdoti se peccasse cum
concupina sua, cap. 29

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Adolefcens quidam infirmus, cum cuidam fuo concanónico, nondum ſacerdoti, compellente neceſſitate confeſſus fuiſſet, quòd a quadam illectus ſanctimoniali, oſcularus fuiſſet eam, interrogatus eſt, ſi rem haberet cum ea? Reſpòdente eo, non, ſed illa libenter vidiffet, ſatis me verbis inuitans ad commixtionem, ipſam etiã perſonam exprimens, còfeſſor eandem perſonam ab illo tempore ſemper in corde ſuo deſpexit, nec potuit eam tantum diligere & venerari, vt antè. Talem poſſet conſitens proderè perſonam, vt inter ipſum & confeſſorem odium perpetuum naſceretur. **APOLLONIVS:** Verbi cauſa. **CÆSARIVS:** Si diceret conſitens; Domine ego peccaui cù ſorore, filia, vel concubina veſtra, puto vix poſſe fieri, quin ille turbaretur. **APOLLONIVS:** de hoc mihi dicas exemplum.

CAPVT XXIX.

CÆSARIVS.

Sacerdos quidam in Suſatia habuit concubinã, quam adolefcens quidam concupiſcens cum eadem peccauit: in quadrageſima verò, ad eundem ſacerdotem veniens, confeſſus eſt peccatum ſimul & perſonam. Quod cum audiſſet ſacerdos, turbatus eſt valde, & ab illius eum amore abſtrahere volens, duriùs arguit, peccatum aggrauauit, pœnitentiãque duram nimis iniunxit. Rancor iſte ſine periculo non fuit. Vnde inuectio tam aſpera, pœnitentiã tam dura, niſi ex propalata perſona? hæc mihi retulit Theodericus Suſatiensis monachus noſter, qui vtrũque nouit, ſacerdotem videlicet & adoleſcentem. Non ergo proderè debet conſitens perſonam peccati conſortem, cum tamen ea, quæ peccatum ipſum aggrauant, conſiteri teneatur. **APOLLONIVS:** Vellem inſtrui, quomodo dicere deberet. **CÆSARIVS:** Huiusmodi formam poſſet ſeruare; Domine, ego peccaui cum legitima, concubina, filia, vel ſorore cuiusdam cognati, affinis, amici, vel inimici mei, ſolis peccatis meis exigētibus, ſiue ab illa inductus. Et in hunc modum

Item de cæteris peccatis, siue carnalia sint siue spiri-
tualia. In hunc modum & femina dicat. Quædam ta-
men peccata sic committuntur, vt vix exprimi valeât,
nisi confessor de persona intelligat, non inde mul-
tum curandum est. APOLLONIVS: Quid si duo contra
suum prælatum conspirarent, & vnus illorum peni-
tentia ductus, peccatum suum eidem Prælato confi-
teretur, deberetne alterum prodere an non? CAESA-
RIVS. Video ex omni parte periculum, si non prode-
ret personam, Prælatus periclitari posset, si verò pro-
deret, fortè perpetuum illi odium aduersus conspira-
torem suscitaret. Audi exemplum ad cautelam satis
necessarium.

CAPVT XXX.

Abbas quidam, de Claustro mihi bene noto, de
quodam vitio notatus fuit per cuiusdam mo-
nachi sui confessionem. Cùm intellexisset hoc
alium quendam scire, diabolo instigante, cœpit eum
occultè persequi, timens ab eo in visitatione accusari:
& cùm illum mittere vellet ad quandam domum re-
motam, nescio quid prætendens accusationis, ille be-
nè considerans causam persecutionis, respondit Ab-
bati: Domine pater, domum meam non demerui, si
vultis me mittere ad matrem nostram, ibo; sin autem,
Visitatorem hîc expectabo. Bene sciebat, quia illuc
eum non mitteret, ne fortè detegeret, de quo time-
bat. Hæc mihi relata sunt à quodam seniore domus
illius, in qua contigerunt. Si Abbas iste tam durè per-
secutus est hominem innocentem, quomodo perse-
qui haberet conspiratorem? Cernis qualiter vterque
periclitatus sit, Abbas persequendo, monachus gra-
uissimis tentationibus laborando. APOLLONIVS: Li-
cet in aliquo casu confitenti prodere personam al-
terius? CASARIVS. De hoc à me requisitus ma-
gister hermannus Decanus Bonnenfis, vir literatu-
ræ magnæ, respondit; si talis persona fuerit, de qua
constet confitendo, quòd peccatum commune con-
fiteri noluerit, bene eam prodere debet, ne tacen-
do pereat; de hoc mihi retulit exemplū vtile satis.

CAPVT